

LAVRENTIUS ABBAS IN ETTESHEIMMINSTER.



LAURENTIUS Eslingerus Villingensis à teneris annis bonis literis operam dedit, & in Friburgensi academia sibi mediocrem eruditionem comparauit. Postea ut & pietati & librīs commodius inhærrere posset, monasterium Ethonis, qui comes Habsburgensis & postea Episcopus Argentinensis anno 765 fuit, quod nūc dicitur Ettesheimünster ad syluā Hercyniam in Brisgaudia accessit, & Benedictinorū ordinem suscepit. In eo loco cū multis virtutibus esset cōspicuus, anno 1500 communibus fratrum suffragijs abbas elititur. Tum uero monasterium ære alieno obnoxium egregie liberauit, atq; multis ædificijs restaurauit, fratribus quoq; author fuit, ut libris inhærerent, atq; uitæ integritate alijs exēplo essent. Cum hoc modo per 43 annos optimè præfuisset, annis & uigilijs consumptus, anno 1540 bīt, & in templo summa reuerentia terræ à mœstis fratribus mandatus fuit, cuius etiamnum frequens mētio eo in loco existit, id quod ex abbate & alijs fratribus ibidem anno 1565 in Augusto multa uirtutum enumeratione intellectu exeram, Casp. Brusch. de monast. German.